

Transcursis annis postea non multis
 discordia orta est inter nobilem
 virum ^{comitem} Albertum et florentinos
 volentes sibi supponere castrum
 pognat dictum ipsius nobilis pro-
 prium. Idem vero comes dum
 excellentissimus Fredericus primus
 romanorum imperator intraret
 italiam. de ipso confidens de ipso
 castro super excellentiori monte
 qui dicebatur Lomofonti castrum
 construxit eodem nomine appel-
 latum eiusdem imperatoris assumpto
 vexillo. quo nullum italia melius
 nec forte simile preter unum.
 Nam pessima fuit illa tribulatio-
 nis et angustie dies qua constru-
 ctum est illud castrum pro quo
 fuit tantus sanguis aspersus et pro
 quo sumptibus et laboribus tanta
 pericula proceperunt. per quin-
 quennium guerra durante et ei-
 dem omnibus de tuscia prestantibus
 patrocinium quod est emptum ex